



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XLIX. Mira uocis dulcedine adolescens Virginis laudes canebat;
cùm à ludæis necatur, at ipsa eum repente exsuscitat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

sepulchro sepeliretur. Antistitem Virgo noctu comperiens, ualde conqueſta eſt, ob illatā Diacono iniuriam; iuſſitq; , ut illius corpus inter aliorū monachorū cadauera honeſtè ſepeliendum curaret. Quòd ſi mandata illa ſpreuiſſet, nec eius Diaconi curam geſſiſſet, à quo obſeruari & coli ſolebat, dignas poenas expenſum iri monebat. Mane Epicoſopus, ſacerdotum concilio celeriter conuocato, quae in ſomnis acciderant, expoſuit, & eius iuſſu illius corpus piè intra coenobij ſacrata ſepta piè reconditum eſt.

MIRAC. VIRG. XLIX.

Mira uocis dulcedine, adoleſcens Virginis laudes canebat; cum à Iudaeis necatur, at ipſa eum repente exſuſcitatur.

FRequenter quodam in templo uerba illa decantabantur, GAVDE Maria, unā cum illo uerſiculo, ERVBESCAT Iudaeus: Iuſſum fuit adoleſcenti, qui uocis dulcedine, & ſuauiſſime excellēbat, ut illum hūmū caneret. Forte illac tranſiſſe Haebraei, qui ad uineas ibi proximas, animi gratia, ſecedeſſebant. Illi ira perciti, & acerbum odium contra adoleſcentem ſtatim concipientes, blandis, & phaleratis dictis ſecum illū ad uineas perduxere; ubi incautum poſtea interimerūt. Poſt impiorum abitum, à Virgine, cui laudes canebat, exſuſcitatus eſt: eiq; illa edixit, ut ſe animo poſtea conſtantius obfirmaret, & coram omnib. palam, & aperte praedicaret eaſdē laudes. Quod ipſe & crebrius multò, & ſuauiori concentu facere perrexit, ab inſtituto ſuo minimè recedens.

dens. Tandem illum audientes, ac uidentes iidem
 Hebraei, tanto miraculo aperte perspecto, se Christo
 dederunt, ad gloriam Virginis sempiternam, & per
 petuum decus.

M I R A C U L U M V I R G I N I S

Saetimoniam Virgo à purgatorij poenis liberat.

A Etatem in uirginū coenobio Virgo degebat,
 adeo spectatis morib. praestās, ut ieiunijs,
 precationib., sanctissimisq. dictis, & factis
 immortalisponso Christo, Virginiq. sanctissimae sum
 mē placere niteretur; & in eam rem omne studiū po
 neret. Videns Satan, nunquam ad pia purae mulie
 ris consilia, fallacijs suis aditum patere potuisse; frau
 dulentum ingenium coepit intendere, & obnixē co
 nari; ut Dei maximi mandata, quae constanti mente
 tenebat; sperneret; & se illa uirginitate spoliaret, quā
 animo, & corpore puram, & intactam semper conser
 uauerat. Scelesti instinctu lapsa est; & amissa uirgini
 tate, moerore conficiebatur, eamq. peccatū illud, quo
 sponsū Christum, puritatisq. reginam, grauissimē
 laeserat, remordebat. Quinetiam saepē probri illius
 foeditatē acerbissimē detestabatur. Interim ad praef
 ectae genua lacrymans misera accidit, eamq. suppli
 cib. uerbis obsecrauit; ut quod uellet supplicium de
 se illa sumeret; ad quascunq. poenas luendas pro ad
 misso crimine se laetē, ac libenter paratam dicens. At
 pia, & clemens praefecta, benignē cum illa agēs, iussit,
 ut animum quā maximē poenitētē Deo offerret;

& ob

omino